

Acta Tribunalium Sanctae Sedis.
Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal.
Decreto, 10 enero 2014.
Supresión de una parroquia*

Prot. N. 47861/13 CA
Suppressionis paroeciae
(D.na N et alii — Congregatio pro Clericis)

Prot. N. 47861/13 CA
Supresión de una parroquia
(Sra. N. y otros – Congregación para el Clero)

DECRETUM

Reiecto in limine recursu apud hoc Supremum Tribunal proposito adversus decretum, quo Congregatio pro Clericis die 27 februarii 2013 recursum hierarchicum ob defectum remonstrationis reiecerat, Cl.mi partis recurrentis Advocati ad Congressum provocaverunt.

Re rite discussa inter Cl.mos partis recurrentis Advocatos, Cl.mam Auctoritatis

DECRETO

Rechazado *in limine* el recurso propuesto ante este Supremo Tribunal contra el decreto por el que la Congregación para el Clero el día 27 de febrero de 2013 había rechazado el recurso jerárquico por defecto de petición de revocación o enmienda, los Ilmos. Abogados de la parte recurrente recurrieron al Congreso.

Discutido el asunto según las normas entre los Clarísimos Abogados de la parte recurrente, la Ilma. Patrona de

* Traducción por Roberto López Montero.

Ecclesiasticae Patronam, et Rev.mum
Promotorem Iustitiae Substitutum,

la Autoridad Eclesiástica y el Rvdmo.
Promotor de Justicia Sustituto,

SUPREMUM SIGNATURAE
APOSTOLICAE TRIBUNAL

EL SUPREMO TRIBUNAL
DE LA SIGNATURA APOSTÓLICA

Praemisso quod tamquam obiectum recursus ad H.S.T. Congressum tantummodo decretum Exc.mi Secretarii diei 9 augusti 2013 considerandum est, quo recursus in limine reiectus est, quia evidenter caret fundamento relate ad assertam violationem legis in decernendo ex parte Congregationis pro Clericis, quae recursum reiecit ob defectum praesuppositi, seu remonstrationis intra tempus peremptorium utile propositae;

Teniendo en cuenta que como objeto del recurso al Congreso de este Supremo Tribunal sólo debe considerarse el decreto del Excmo. Secretario del día 9 de agosto de 2013, en el que el recurso fue rechazado *in limine*, porque carecía evidentemente de fundamento en cuanto a la alegada violación de ley en la decisión por parte de la Congregación para Clero, la cual rechazó el recurso por defecto de presupuesto, es decir, de petición de revocación o enmienda propuesta dentro del tiempo perentorio útil;

Considerato quod antequam quis recursum proponat hierarchicum, debet decisionis revocationem vel emendationem scripto ab ipsius auctore petere, et quidem intra peremptorium terminum decem dierum utilium a decisione legitime intimata (cf. can. 1734, §§ 1 et 2);

Considerando que, antes de que alguien interponga un recurso jerárquico, debe pedir por escrito a su autor la revocación o la enmienda de la decisión, y esto dentro del término perentorio de diez días útiles a partir de la intimación legítima de la decisión (cf. can. 1734, §§ 1 y 2);

Attento quod intimatio decreti suppressionis paroeciae omnibus singulis fidelibus minime est necessaria, nam iuxta H.S.T. iurisprudentiam nullo modo requiritur ut ipsum formale decretum suppressionis ipsis paroecianis notificetur, adeo ut commu-

Atendiendo a que la intimación del decreto de la supresión de una parroquia no es necesaria para todos y cada uno de los fieles, pues según la jurisprudencia de este Supremo Tribunal no se requiere de ningún modo que el decreto formal de supresión se

nicatio decisionis cum paroecianis per ephemerides peracta sufficiens sit, ad propositionem remonstrationis quod attinet;

Pro comperto habito quod:

- in actis prostat exemplar decreti diei 19 ianuarii 2007, quo paroecia ab Em. mo Archiepiscopo suppressa est;
- de decreta suppressione eiusdem paroeciae mensibus ianuario et februario 2007 paroeciani notitiam certam habuerunt;
- remonstratio adversus supradictam decisionem coram Em.mo Archiepiscopo tantummodo die 20 septembris 2012 exhibita est;

Perpenso quod Cl.mi partis recurrentis Advocati nullam probationem in favorem remonstrationis intra peremptorium terminum decem dierum utilium a decisione porrectae exhibuerant, quam ob rem Congregatio in recursu hierarchico ob defectum remonstrationis reiciendo legem haud violavit;

Attento quod etiam coram hoc Supremo Tribunali nec exemplar ipsius remonstrationis intra peremptorium terminum decem dierum utilium a decisione exhibitae nec ullum aliud

notifique a los mismos parroquianos, sino que es suficiente que la comunicación de la decisión se haga con los parroquianos mediante la prensa, por lo que se refiere a la propuesta de la petición de revocación o enmienda;

Teniendo por seguro que:

- en las actas consta el ejemplar del decreto del día 19 de enero de 2007 por el que la parroquia fue suprimida por el Emmo. Arzobispo;
- de la decretada supresión de esa parroquia los parroquianos tuvieron noticia cierta en los meses de enero y febrero de 2007;
- la petición de revocación o enmienda contra la antedicha decisión fue exhibida ante el Emmo. Arzobispo sólo el día 20 de septiembre de 2012;

Sopesado que los Ilmos. Abogados de la parte recurrente no exhibieron ninguna prueba a favor de la petición de revocación o enmienda dentro del término perentorio de diez días útiles desde la toma de la decisión, por lo que la Congregación no violó la ley cuando rechazó el recurso jerárquico por defecto de petición de revocación o enmienda;

Atendiendo a que tampoco ante este Supremo Tribunal fue entregado ni un ejemplar de la petición de revocación o enmienda exhibida dentro del término perentorio de diez días útiles

validum argumentum pro remonstratione rite facta oblatum est;

desde la toma de la decisión ni ningún otro argumento válido a favor de una petición de revocación o enmienda realizada según las normas;

Cum ergo nullum par adducatur argumentum ad rationes motivas in decreto Exc.mi H.S.T. Secretarii diei 9 augusti 2013 submovendas;

Así pues, al no presentarse ningún argumento adecuado para remover las razones expuestas en el decreto del Excmo. Secretario de este Supremo Tribunal del día 9 de agosto de 2013;

Praetermissis aliis forte animadvertendis;

Omitidas otras cosas que quizá deben ser advertidas;

Vi art. 83, § 1 H.S.T. *Legis propriae*;

En virtud del art. 83, § 1 de la *Ley propia* de este Supremo Tribunal;

Re sedulo examini subiecta in Congressu, coram infrascripto Praefecto die 10 ianuarii 2014 habito,

Sometido el asunto a un examen diligente en el Congreso tenido ante el infrascripto Prefecto el día 10 de enero de 2014;

decrevit:

decretó:

Confirmandum esse et facto confirmari decretum Exc.mi H.S.T. Secretarii, quo die 9 augusti 2013 recursus in limine reiciebatur.

que debe ser confirmado y, de hecho, se confirma el decreto del Excmo. Secretario de este Supremo Tribunal, por el que el día 9 de agosto de 2013 rechazó el recurso *in limine*.

Pro expensis processualibus retinetur cautio iam in arca huius Supremi Tribunalis deposita. Partes suo quaeque Cl.mo Patrono congruum solvant honorarium.

Para los gastos procesales, se retiene la caución ya depositada en las arcas de este Supremo Tribunal. Que cada una de las partes pague a su Ilmo. Abogado el honorario correspondiente.

Et notificetur iis quorum interest, ad omnes iuris effectus.

Y notifíquese a los interesados, para todos los efectos de derecho.

Datum, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 10 ianuarii 2014.

Dado en la Sede del Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica, el día 10 de enero de 2014.

Raimundus Leo Card. BURKE,
Praefectus

Raymond Leo Card. BURKE,
Praefecto

+ Franciscus DANEELS, o. praem.,
Secretarius

+ Frans DANEELS, o. praem.,
Secretario

